

Johann Heinrich Boeckler

Jesu Gratia Moderante! Et Gratoso Superiorum Indultu Benevole Annuente, Ad Universalem Quatuor Primorum a Nato Christo Seculorum Historiam Illustris Viri Johannis Heinrici Boecleri B. M. Nunc Primum E. MSC. a Se Editam, Praeliminaria, Cum Additamentis, Dubia Nonnulla Quae In Lectione Historiae Huius Boeclerianae Nasci Possent, Discutientibus, In Disputatione Publica D. XIII. Novembr: A. MDCXCV. In Auditorio Maiori habenda

Rostochii: Weplingius, [1695]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn784827028>

Druck Freier  Zugang



R. u. phil 1695
Möller, Johann Gottfr. / g
Schmid, Theodor

JESU GRATIA MODERANTE!
ET
GRATIOSO SUPERIORUM INDULTU BENEVOLE ANNUENTE,
AD
UNIVERSALEM
QUATUOR PRIMORUM à NATO CHRISTO SECLORUM
HISTORIAM
ILLUSTRIS VIRI
JOHANNIS HEIN-
RICI BOECLERI B. M.

NUNC PRIMUM E. MSC. à SE EDITAM,
PRÆLIMINARIA,
CUM ADDITAMENTIS, DUBIA NON NULLA QUÆ IN
LECTIONE HISTORIÆ HUIUS BOECLERIANÆ NASCI
POSSENT, DISCUTIENTIBUS,
IN
DISPUTATIONE PUBLICA
D. XIII. Novembr: A. M DC XCV. IN AUDITORIO MAJORI habenda
PRÆSES

M. JOHANNES Gottlieb
MÖLLERUS, GEDANENSIS.
GR. L. P. P. ET FGtS SUE h. t. DECANUS
RESPONDENTE

THEODORO SCHMIDIO,
POMERANO
EXPENDET.

ROSTOCHII, Typis JOH, WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the name 'THEODORE SCHEMIDT' and other illegible words.

ADDITAMENTA NONNULLA;
*Enodandis, quæ in HISTORIÆ BOECLERIANÆ lectione oriri
possent, dubiis nonnullis, inservitura.*

I.

Inter Opera, quæ Auctores ipsi, dum vivunt, cum orbe communicant erudito, & ea, quæ post fata ipsorum publicantur, ingens datur discrimen; quamvis enim ex Operibus posthumis aliud præ alio majori cum sollicitudine curaque typis subjiciatur, nullum tamen opus posthumum tantæ sit Auctoritatis, quantæ sunt illa, quæ vivus Auctor ipsemet edi curavit. Id quod, quemadmodum in genere verum, sic, & in specie, ut ad Opusculum hoc Boeclerianum posthumum applicetur, est, quod iis, quibus decet precibus à L. B. contendimus.

II. Ubi manifesto constat, Auctorem noluisse publicationem scripti, quod elaboravit, admittere, licitum vix erit, invito Auctore editionem operis hujusmodi suscipere, vel vivo Auctore, vel mortuo; quodsi autem è publicatione scripti magnum ad Rempublicam literariam redundet commodum, nec tamen specialis Auctoris indultus haberi possit, indultus circa editionem operis sufficiet generalis, quando scilicet præsumere licet è fundamentis sufficientibus, ipsum Auctorem, si consuli potuisset, opus vel editurum, vel editionem ejus aliis permissurum fuisse; & hic indultus generalis est, quo freti & nos, publicationem Historiæ hujus suscepimus.

III. Sicut ad scripti cujuscunque, sic & nostræ hujus Historiæ sensum intelligendum, est necessarium, scire Auctorem, ejus intentionem, methodum, locum quo scripsit, & tempus, aliasque similis generis circumstantias; quas in præfamine nostro primis quasi lineis indicare voluimus, ex professo autem, & more suo, id est sufficientissime, in *Præfatione Hagogica sua Magnificus summeq; Venerabilis D. D. FECHTIUS*, explanavit, cui publicas eo nomine grates, quæ decet observantia persolvimus.

IV. Totum Novi Testamenti codicem, non alia nisi Græca, Originaliter lingua consignare Deum voluisse, ac jussisse, vel Philologicis sufficientissimè adstrui poterit fundamentis, in conflictu data occasione communicandis; Unde qui *Matthæi, Marci, Luca Evangelia, Epistolas item ad Romanos & ad Hebræos*, alio, quam Græco primitus Idiome constituisse autumant, ex fundamentis etiam Philologicis sufficienter possunt refutari.


V. Ad Evangelium in specie, quod per MATTHÆUM Deus conscribi jussit, quod attinet, novimus è Patribus plurimos, Hebraico pri mitu


primitus sermone id constituisse, afferentes, quantum tamen nobis constat, hactenus ne unicum ex Patre produci potuit Testimonium, quod aliqua nitatur soliditate, res potius omnis ad famolam fabularum Parentem Papiam devolvetur.

VI. Ex singulari interim erga Patres reverentia motos fuisse arbitramur, Centuriatores Magdeburgenses *Cent. I. L. Ilc. 10. p. 443. & 476.* edit. LUCIANÆ, quæ, ut in aliis castrata, hoc tamen in passu ab OPORINIANA, quippe sola integrâ, non discrepat; v. p. 76. & 618.) Dannhauerum in *Dr amate S. p. 110. & Hagiolog. Festal. p. 1181.* Barthiura *Advers. LV. p. 236. & L. XLIX. p. 2286.* aliosque, ut vel Hebræo Matthæum scripsisse Idiome expresse asserant, vel inficiari id non audeant, Nec alia ex ratione ipse incomparabilis noster Chemnitius, de nomine Gergesenorum & Gadarenorum *Harmon. T. I. C. 64. p. m. 693. a.* gens in hæc erupit: *Diso diversa nomina (Gadarenorum scilicet & Gergesenorum) unum verusum alterum novum unius regionis non efficiunt, ut propterea etiam ex una actione due diversa consiciantur; Sed tantum hoc sequetur quod Mattheus quidem Hebraice scribens vetusta appellatione usus sit, reliqui duo, Græcè scribentes, reinuenerint modernam & usitatorem appellationem.* Quomodo autem salva Scripturæ Auctoritate Nostratum nonnulli huic faveant sententiæ, indeque tolerari possint; Pontificii autem, ejusdem, at læsa Scripturæ Auctoritate, sententiæ Patroni abominandi veniant; Quomodo item præposterii sint Judices, qui hos cum illis confundunt: Theologi, quorum nunc silentio veneramur cathedram, docebunt. Sufficiat nobis, pace illorum, vel unum adduxisse judicem, qui forte hæc scribentibus in manus incidit, Gerhardum, cujus hæc *Comment. in Matth. p. 38.* verba sunt: *Cum nemine pugnabimus, qui Mattheum Hebraice scripsisse statuit, modo concedat Græcum Textum Apostolum vel Apostolicum virum Auctorem habere ac proinde esse authenticum. Quæ omnia quisquis pensitaverit, nobis vel tacentibus agnoscat, nullam scribi dicam Bœclero posse, Historiæ hujus See. I. Sect. IV. §. 3. scribenti. Primo scribere aggressus est Mattheus anno post ascensionem Christi octavo ut habet Eusebius in Chron. quem Theophylactus sequitur: adde Irenæum L. III. c. 1. Hebræo primum sermone, sed mox, in Græcum verso vel ab Apostolo vel certe ab Apostolico viro, ut Græcus Textus quo semper usa est Ecclesia non minus sit Auctoritatis. Ebionæi & Nazaræi corruptum tenuerunt Hebræum Matthei Evangelium, ut non sine singulari providentia divina fieret, ut in Græcum transfunderetur; Nisi dica cum Bœclero Centuriatoribus, Dankhauero, Barthio, Chemnitio, Gerardo, debeat scribi.*

S. D. G.

☪(O)☪





primitus sermone id constitisse, afferentes, quantum tamen nobis constat, hactenus nè unicum ex Patre produci potuit Testimonium, quod aliqua nitatur soliditate, res potius omnis ad famolum fabularum Parentem Papiam devolvetur.

VI. Ex singulari interim erga Patres reverentia motos fuisse arbitramur, Centuriatores Magdeburgenses *Cent. II. l. c. 10. p. 443. & 476.* edit. LUCIANÆ, quæ, ut ut in aliis castrata, hoc tamen in passu abOPORINIANA, quippe sola integrâ, non discrepat; v. p. 76. & 618.) Dannhauerum in *Dramate S. p. 110. & Hagiolog. Festali p. 1181.* Barthiura *Advers. LV. p. 236. & L. XLIX. p. 2286.* aliosque, ut vel Hebræo Matthæum scripsisse Idiomate expresse afferant, vel inficiari id non audeant, Nec alia ex ratione ipse incomparabilis noster Chemnitius, de nomine Gergesenorum & Gadarenorum Harmon. T. I. C. 64. p. m. 693. a. gens in hæc erupit: *Diso diversa nomina (Gadarenorum scilicet & Gergesenorum) unum vetustum alterum novum unius regionis non efficiunt, ut propterea etiam ex una actione due diversa conspiciantur; Sed tantum hoc sequetur quod Mattheus quidem Hebraice scribens vetusta appellatione usus sit, reliquis duo, Græcè scribentes, reinuenerint modernam & usitatiorum appellationem.* Quomodo autem salva Scripturæ Auctoritate Nostratum nonnulli huic faveant sententiæ, indeque tolerari possint; Pontificii autem, ejusdem, at læsa Scripturæ Auctoritate, sententiæ Patroni abominandi veniant; Quomodo item præposterè sint Judices, qui hos cum illis confundunt: Theologi, quorum nunc silentio veneramur cathedram, docebunt. Sufficiat nobis, pace Illorum, vel unum adduxisse judicem, qui forte hæc scribentibus in manus incidit, Gerhardum, cujus hæc Comment. in Matth. p. 38. verba sunt: *Cum nemine pugnabimus, qui Mattheum Hebraice scripsisse statuit, modo concedat Græcum Textum Apostolum vel Apostolicum virum Auctorem habere ac proinde esse authenticum.* Quæ omnia quisquis pensitaverit, nobis vel tacentibus agnoscet, nullam scribi dicam Boeclero posse, Historiæ hujus See. I. Sect. IV. §. 3. scribenti. *Primo scribere aggressus est Mattheus anno post adscensionem Christi octavo ut habet Eusebius in Chron. quem Theophylactus sequitur: adde Irenæum L. III. c. 1. Hebræo primum sermone, sed mox, in Græcum verso vel ab Apostolo vel certe ab Apostolico viro, ut Græcus Textus quo semper usa est Ecclesia non minus sit Auctoritatis. Ebionæi & Nazaræi corruptum tenuerunt Hebræicum Matthei Evangelium, ut non sine singulari providentia divina fieret, ut in Græcum transfunderetur; Nisi dica cum Boeclero Centuriatoribus, Dannhauero, Barthio, Chemnitio, Gerharo, debeat scribi.*

S. D. G.
✠(O)✠